

1758. 81. quam sit conditio dulcis sine
pulvere palmae.

— " 82. De Fdolo zeli Hefek. VIII. 3.

— " 83. De nominibus a metro
alienis

— " 84. Censura poetica nauorum
poeticorum.

1759. 85. VI. Abhandl. von Gunguüguu.

— " 86. lex viva in mortuis spirans.

— " 87. Ein nöthige Erbüng der Er-
und samkeit nach Difulu.

— " 88. von dem Gott einem guten
Subjuncto

— " 89. 2^{te} Stückl. von gulufutan
Früßbangeru

— " 90. De viro opportuno Levit.
xvi. 21.

1759. 91. de Pallade armata cum Musis
 inermibus
- " 92. de nominibus personarum et
 locorum communibus
- " 93. Urb. quatuordecim und in iudicio
 riuigantia una D. P. Sch.
1760. 94. von Gulstaban Pringau.
- " 95. Comment. D. nomina disci-
 pulor. extraneos. in Schola Frei-
 bergensi versatorum
1761. 96. de mutuis bellis Deorum
- . 97. de Narcisso litterario.
- . 98. de somniis Iudaeorum exe-
 geticis ad Genes. 1. 1.
- . 99. commentat. D. memoria
 discipulorum extraneos. in
 Schola Freiberg. versatorum.
1762. 100. de bellis Scholis fatalibus.
- . 101. de muliere vagues suos fa-
 ciente signo luctus.

1762. 102. Commentat. XII. memoria disci-
pulos. extraneos. in Schola Frei-
berg. versat.
1763. 103. de Septimo quoq; Judæorum
anno Sabbathario.
- . 104. de genere irritabili vatum.
- . 105. De Panda pacis Dea,
- . 106. *Trunden über den vinderungen
grustollten Grunden.*
- . 107. de primis rei metallice in-
ventoribus.
- . 108. De Augustis Augustorum mor-
tibus.
1764. 109. *Über gewisse Stücken Jesu das yugau
wärtigen Jesu gundert.*
- . 110. de numis rei numarice reforma-
ta testibus.
- . 111. *Von Episc. Dreyß. beywärtigen
Gründigen B. Müntzen.*
- . 112. de antiquitate fodinarum metallicarum.

1765. 113. Probr von vltren und neuen Einbal
 Ebrustzungen.
- . 114. de Februalibus veterum.
- . 115. Vanus Dei vltimi augur.
- . 116. nuyttr. Aufs zu der Fröuigigkei
 Fröuigigkei und Qualmaltzi
 zu milten Wiffungu
- . 117. de Iosepho fratrum lectissimo
 Genes. xxi. 26.
- . 118. de monumentis poetis anima-
 libus brutis statutis.
1766. 119. 2^{te} Probr von vltren und neuen
 Einbalübrustzungen
- . 120. super Q. Horatii Sc. Theologia
1767. 121. 3^{te} Probr von vltren und neuen
 balübrustzungen
- . 122. Sermones animalium brutorum
 testimoniis atq; exemplis pro-
 bati.

1767. 123. Scholarum Scylla et Charibides.

1768. 124. von Händlern und Müllern.

— . 125. de Horatio Musico

— . 126. de Fove Hospitali.

— . 127. de Psalmis alphabeticis.

1769. 128. VII. ^{te} Lib. von Sprünge.

— . 129. de Genio Saculi litterario.

— . 130. monumentor. poeticor. animalibus brutis positorum fasc. II.

— . 131. 3^{te} Auflage von Galathea
Süßerger.

— . 132. de montibus symbolicis.


— . 133. de Gracia anigmatum studiosa.

1770. 134. Von der Tugend der
Tugend der Tugend zu
Tugend.

— . 135. de feriis servorum.

— . 136. quid sit שְׁרָעָה-הַיָּמִינִית
Numer. IV. 20.

1770. 137. De nominibus prophetiis
 1771. 138. Von bösta Dierben.
 — . 139. de Sene depontano.
 — . 140. de laudibus nimis
 — . 141. de religione iuramenti
 — . 142. de Bibliothecis patriarcharum.
 — . 143. de Regibus Sebae et Schabae
 1772. 144. Von Gyngeu Müntzen
 — . 145. De Stimulis diligentie in Scholis
 excitanda.
 — . 146. De porcis sacris et mysticis.
 — . 147. VIII^{te} und letzte Abhandlung von
 Grynmiützen.
 — .
 M. Van. Gotts. Josephi Hübler
 Elogium M. Foa. Gottlieb
 Biedermanni.



95

COMMENTATIO X.
QVA
NOMINA
DISCIPVLORVM EXTRANEORVM
IN SCHOLA FREIBERGENSEI
VERSATORVM
INDICANTVR

ET
*PRAEMISSO BREVI
SCHEDIASMATE
DE
CHIMAERIS SCHOLASTICIS
AD AVDIENDAS ORATIONES
ANNIVERSARIAE MEMORIAE
BENEFICIORVM SCHOLASTICORVM
DESTINATAS
OBSEQUIOSE INVITAT
M. IO. GOTTL. BIDERMANN. R.*

FREIBERGAE, Litteris MATTHAEANIS.

XCV.

Fabulam de Chimaera cum multi alii mythologi eleganter expofuerunt, tum inprimis HESIODVS noster his eam coloribus depingit; a)

ἢ δε Χιμαιραν ἔτιπτε, πνευσαν ἀμμιμακτον πυρ,
δεννην τε μεγαλην τε, ποδακαα τε κρατερην τε,
της δ' ἦν τρεις κεφαλα, μια μεν χαρροποιο λεοντος,
ἢ δε Χιμαιρης, ἢ δ' ὀφις κρατεροιο δρακοντος,
προδε λεων, ἐπιθεν δε δρακων, μεσση δε Χιμαιρα.

h. e. haec autem (Echidna) Chimaeram reperit, ignem indomitum spirantem, vehementem, magnam, celerem et validam, quae tria capita habebat, primum trucis leonis, secundum caprae, et tertium serpentis ac potentis draconis, parte anteriori leonem, posteriori draconem, et media capram repraesentans. Hoc monstrum procul dubio suum nomen ex Hebraico כִּמְרִיב (*kemirah*) traxit, quo omne illud significatur, quod adustum est, atque ignem spirat. Qua sententia IO. CLERICVS adductus, non immerito statuit, b) ex solo *Chimaerae* nomine totius fabulae explicationem pendere. Tantum autem abest, ut homines profani, certe sagaciores, sibi persuaferint, veri aliquid in hac historia inesse, ut eam potius inter festiua poetarum figmenta referrent: qua mente LVCRETIVS ait: c)

*Qui fieri potuit, triplici cum corpore ut una
Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimaera
Ore foras acrem flaret de corpore flammam?*

Itraque alii montem huius nominis in Lycia hac fabula describi arbitrantur, cuius summa pars flammam eructavit, media leones habuit incolas, et infima serpentibus abundavit. d) Alii hoc symbolo ipsius Lyciae naturam atque indolem innui putant. *) Alii Chimaeram per nauem explicant, hoc nomine insignitam, et tria istorum animalium signa prae se ferentem. e) Alii totam fabulam ad morum doctrinam referunt, et hoc monstrum vel iram, vel Venereas voluptates exprimi statuant. Alii vim artis oratoriae hoc inuolucro occultari, suspicantur. f) Alii vero hac imagine ea omnia repraesentari putant, quae fidem excedunt; inter quos CICERO, *carum*, inquit, g) *rerum imagines in animum incurrununt, quae nunquam omnino fuerunt, neque esse potuerunt, ut Scyllae et Chimaerae.* Quam in censum referri merentur omnes

Nugae, apinae, ac tricae, vel si quid vilius istis. h)

Ingenio enim non minus quam tempore abutuntur, qui tales quaestiones proponunt, qualibus olim Tiberius amicos suos torquebat, quaerendo: i) quaenam Hecubae fuerit mater? quo cantus genere Sirenes inclauerint? utrum dies, an nox, malleus an incus, gallina an ouum, prior? Vtrum taurus an vacca sit zodiaci signum? quot vini cados Aeneae dederit Aestes? quot nodis armata fuerit Hercules claua? cuius coloris fuerit Aiakis barba? Haec nempe sunt *nugae istae bulatae*,

a) Theogon. 319. sqq.
ad Virg. Aen. VI. 288.
des Fabl. P. II. p. 62.
Deor. L. I. c. 38.

b) ad Hesiod. l. c.

c) L. V. 902. sqq.

d) Servius

*) Pluche Histor. des Himmels P. I. p. 383.

e) Banier Hist.

f) Nat. Com. Mythol. L. IX. c. III. p. 960.

g) de Nat.

h) Martial. L. XIV. Ep. I.

i) Sueton. in Tib. c. 70.

*latae, et nebulae Heliconis, quas olim PERSIVS perstrinxit, k) vel si cum VIR-
GILIO loqui voluerimus, l)*

admiranda leuium spectacula rerum.

Et in harum chimaerarum amatores recte OVIDII verba conueniunt: m)

Parua leues capiunt animos.

Neque illi culpa captatarum chimaerarum absolui possunt, qui plurimum vitae tempus in earum rerum studio conterunt, quae vel cum periculo ac damno sunt coniunctae, vel omnem diligentiam humanam eludunt. Quem morbum celeberrimus Gallus, FONTENELLE his verbis indicat: n) *Toutes les sciences ont leur CHIMERE, apres laquelle elles courent, sans la pouuoir attraper.* Eundem vero alius Gallus, haud ignobilioris nominis, BALZAC, hoc modo persequitur: o) *Je me moque des Sçavants, qui sont sçavants aux choses, qui ne viennent point en usage, qui n'ignorent rien de ce, qui est inutile, qui courent jour et nuit apres la quadrature du cercle, et apres le mouvement perpetuel, sans pouuoir attraper ni l'un ni l'autre.* Hi nimirum sunt, qui magno conatu nihil agunt, vel, ut BVCHNERVS loquitur, p) magna moliantur, nihil autem emoliantur. Harum chimaerarum numerum illi augent, qui vel docendo vel discendo eo superflitionis prolabantur, ut vel sola recentiorum placita et scripta amplectantur, posthabitis veteribus, vel solos veteres sectentur, recentioribus repudiatis. Quod praedictum quum passim refutatam legatur, nihil addam, nisi sententiam viri cuiusdam, qui iam in eo erat, ut filium suum ad academiam ablegaret. Hic, quum de recte formandis filii studiis consilia amicorum explorasset, et diuersas eorum sententias de philosophia veteri et noua audisset, his verbis suam mentem aperiebat: *On m'a dit, qu'il y a bien des sçauis et des CHIMERES dans la nouvelle et dans l'ancienne Philosophie. Ainsi, folie ancienne, folie nouvelle, je crois, qu'ayant à choisir, il faut preferer l'ancienne à la nouvelle.* q)

Quod si igitur in omni vitae genere chimaerae obuersantur, facile suspicari possumus, etiam ab officinis scholasticis easdem haud abesse. Quod enim sapientissimo Graecorum philosopho, Platoni, accidit, ut quidem egregia praecepta de republica recte instituenda praescriberet, spe autem ac successu expectato excideret, et *Respublica Platonis* tandem in proverbium abiret; idem fere fatum omnes magistratus subeunt, siue leges ciuiles sanciant, siue scholasticas promulgent. Et quamuis de scholis, ingeniorum, artium, humanitatis ac virtutum officinis, nunquam satis honorifice vel cogitari vel disputari possit: inficiandum tamen non est, multos de iis vel cogitando vel disputando meras chimaeras somnari, et tales fingere, quales vix in Mori Vtopia aut Campanellae Ciuitate Solis reperiuntur. Namque magistratos, qui discipulis praeficiantur, volunt statura

spectabiles,

k) Satyr. V. 7. 19.

l) Georg. IV, 3.

m) Art. am. L. I. 159.

n) Dialogu.

des morts, T. II. p. 116.

o) Oeuv. diu. p. 38

p) P. II. Ep. 107.

q) P. *Daniel* dans les Nouvelles difficultés proposées par un Peripateticien à l'Auteur du Voyage du Monde de Descartes, (12. Paris. 1693.)

spectabiles, forma et voce graues, nullius linguae et nullius disciplinae ignaros, in omni genere doctrinae excultos, oratores eloquentissimos, poetas felicissimae venae, scriptores probatissimos, et praeterea tanta morum elegantia perpolitos, omnique virtute et morum concinnitate exornatos esse, ut nihil ad hominis perfectissimi laudem in iis desideretur.

Altera chimaera, quae ex hac monstrosa matre nascitur, in formandis discipulis occupatur. Interrogati enim, qui tales praeceptores animo fingunt, quales discipulos tam eximiiis magistris committendos putent? respondent: non obuios quosuis, sed egregios ac praestantes, qui non solum excellentibus naturae dotibus praediti, sed domi etiam bene sunt educati, et maximam sui expectationem prae se ferunt; qui vero aut humili loco nati, aut ad percipiendas litteras ingenio sunt tardiori, eos multa prudentia multoque labore eo esse perducendos, ut recta ex prauis fiant, et, quod in proverbio dicitur, ex omni ligno Mercurius effingatur. Quamuis enim, SENECA iudice, r) *coacta ingenia male respondeant, et, natura reluctante, omnis labor irritus euadat*; tamen effici posse, sibi persuadent, ut tiro-nes isti brevissimo temporis spatio linguarum, nominatim Latinae, Graecae, Hebraicae, Gallicae, etc. spatia emetiantur, uniuersa humanitate non leuiter tingantur, sed imbuantur, arte oratoria non minus quam poetica exsplendescant, historiam, geographiam, geometriam et mathesin imbibant, et vel doctrinae sanctorum vel iurisprudentiae fundamenta ponant. Itaque iuuenes, per se ad vanam ostentationem proclines, in praedudicium confidentiae incidunt, quod scriptor Gallicus fatorum Telemachi his verbis depingit: s) *la jeunesse est presomtueuse: elle se promet tout d'elle même, quoique fragile, et elle croit, pouvoir tout*: imo ita polyhistorum discipuli cum magistris panlophis nouam chimaerarum classem constituunt.

Sed hac relicta, ad nouam accedimus, quae hanc sententiam iuuenum animis inspirat, quanto plura vel legerint vel audierint, tanto doctiores sese futuros. Quod monstrum quemadmodum perturbatam scientiarum tradendarum rationem et consulum ordinem discendi comites plerumque adiunctos habet; ita verae sapientiae tantum impediendi, quantum detrimenti bonis mentibus adfert. Fac enim, non nisi fructuosa ac salutaria esse, quae traduntur: vitiosa tamen et bonae frugis expers illorum institutio euadit, quod neque discendum aetati, neque animorum indoli, neque ingeniorum facultati adcommodatur. Neque minus adolefcentes decipiuntur, qui satis habent, multa vel audire vel legere, quomodo-cumque et quocumque ordine id fiat. Licet enim libri, publico usui expositi, beneficium praestent nunquam satis digne praedicandum: inter omnes tamen constat, multum quoque fumi in multis libris vendi, et plus damni quam emolumentum ex illis comparari: qua mente recte sensit poeta, canendo;

Innumero toto venduntur in orbe libelli:

Optima de multis qui legit, ille sapit.

Omnium

r) de Tranquill. an. c. VI.

s) Les Avantur. de Telemag. L. I. p. 4.

Omnium autem pessime sibi consulere, qui necessariis neglectis, in libros ludicros, festiuos et scurriles, in fabulas Romanenses, in scripta Soradea vel Fescennina, et alia non nisi ad oblectationem et tempus fallendum composita, auide involant, experientia docet. Quos iam pridem AVGVSTINVS notauit, his usus verbis: t) *multi in legendos libros aequae ac in saluandos homines irruunt. Non enim cogitant, quales ipsi sint, sed qualibus sint vestibus induti.* Et hic error nouo periculo augetur, si, quaecunque obuia sine adcurata meditatione vel leguntur vel audiuntur. Sicuti enim, qui multis ac variis cibis se ingurgitat, corporis sanitatem potius debilitat, quam adiuvat: ita, qui promiscue, tumultuarie ac defultorie omnia legit atque audit, neque ea ruminat et in succum ac sanguinem conuertit, tam animum quam ingenium non perficit, sed corrumpit. Hoc igitur monstrum chimaeris scholasticis accensendum esse, quis dubitet?

Succedit alia chimaera, quae scholas infestat ac deformat. Haec vero in falsa persuasionem versatur, in scholis non nisi leni et laxae disciplinae locum esse, omnemque litterarum officinam eo magis ceteris praeferrere oportere, quo minus rigoris in disciplina adhibeatur. Quo errore illi magistri abripiuntur, qui languide et frigide in tradendis scientiis versantur, tempus nugando perdunt, mentes discendi cupidas per tortuosos maeandros et impeditiuissimos anfractus circumducunt, tricis propositis iuuenum ingenia magis obtundunt, quam acuunt, honestatis autem et modestiae frenis laxatis, fidei et curae suae commissos in praecipitia periculosissima detruunt. Ex qua praua indulgentia non potest non effrenata morum licentia in discentes promanare, quae secunda plurium vitiorum mater libidinem pereundi ac omnia perdendi parit. Hac autem disciplina vel sublata vel dissimulata, actum esse de omni scholastica institutione, neque vel optima instituta salua manere posse, ii facile largiuntur, quibus perspecta est aetatis iuuenilis impotentia, licentiae vis, adulatorum improbitas, intempestiua parentum indulgentia, et in primis necessaria auctoritas magistrorum, quippe qua destituti etiam optima notae praeceptores non magis ab effreni discipulorum grege tuti esse possunt, quam fortissimi belli duces ab impetu militum gregariorum, proscripta disciplina militari. Quisquis igitur scholam desiderat, disciplinae immunem, iste chimaeram fingit, et

monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. u)

Jam plures huius generis chimaeras scholasticas in scenam producere possem, e. g. scholas commodissimum esse locum otiaandi: libertatem scholarum maximum esse ornamentum: praeparationem et repetitionem lectionum pedantissimum redolere: memoriae in scholis esse parcendum: etc. Sed haec alio loco alioque tempore. Nunc vero eos scholae nostrae socios extraneos recensere pergamus, qui superioribus saeculis in hac officina confluentes, testatum fecerunt, à chimaeris scholasticis se longe abfuisse.

t) Opp. Tom. I. c. XI. p. 470.

u) Virgil. Aen. III. 658.

- 84 Io. Gabr. *Schindler*, Brandis. 1690.
 85 Wolfg. Seb. *Schindler*, Heidelb. 1595.
 86 Petrus *Schirach*, Pulfnitz. 1679.
 87 Aug. *Schirmer*, Pappendorf. 1644.
 88 Eras. *Schirmer*, Gfell. Varisc. 1591.
 89 Gottfr. *Schirmer*, Pappendorf. 1681.
 90 Io. *Schirmer*, Senftenberg. 1652.
 91 Iust. *Schlaizer*, Orlamund. 1642.
 92 Io. à *Schlawitzky*, Nob. Boh. 1584.
 93 Ioach. *Schlechtler*, Brandenburg. 1598.
 94 Chr. *Schlegel*, Gersdorf. 1656
 95 Dan. *Schlegel*, Reinsberg. 1587.
 96 Io. *Schlegel*, Wilsdruf, Mifn. 1589.
 97 Mart. *Schlegel*, Dippoldisw. 1596.
 98 Wolfg. *Schlegel*, Blafwitz. 1605.
 99 Io. *Schlenkricht*, Schandau. 1675.
 100 Io. *Schleufing*, Hilpershuf. 1591.
 101 Matth. *Schlinzius*, Lauenstein, 1608.
 102 Georg *Schmeel*, Senftenberg. 1656.
 103 Casp. *Schmeidel*, Zittau. 1606.
 104 Mich. *Schmick*, Berol. 1596.
 105 Cph. *Schmidel*, Zittau. 1611.
 106 Paul *Schmider*, Mulda-Mifn. 1598.
 107 Aug. *Schmidt*, Weidmannsd. 1697.
 108 Barthol. *Schmidt*, Schwibus. Sil.
 1655.
 109 Car. *Schmidt*, Mariaemont, 1668.
 110 Casp. *Schmidt*, Mifn. 1644.
 111 Chilian *Schmidt*, Cellens. 1558.
 112 Cph. *Schmidt*, Grünwald. 1657.
 113 Cph. *Schmidt*, Koenigsb. Bor. 1658.
 114 Cph. *Schmidt*, Mariaeberg. 1698.
 115 Geor. Henr. *Schmidt*, Clausth. 1699.
 116 Gottfr. *Schmidt*, Bifchofsw. 1656.
 117 Gottfr. *Schmidt*, Tuttendorf. 1682.
 118 Io. Fr. *Schmidt*, Dresd. 1693.
 119 Io. Fr. *Schmidt*, Groshartm. 1683.
 120 Io. Ge. *Schmidt*, Grosvalterfd. 1683.
 121 Nic. *Schmidt*, Eisfeld. 1593.
 122 Sal. *Schmidt*, Annaeberg. 1589.
 123 Tob. *Schmidt*, Stolberg. 1669.
 124 Chr. *Schnapphan*, Pegau Mifn 1657
 125 Andr. *Schneider*, Eppendorf. 1672.
 126 Andr. *Schneider*, Frauenstein. 1683.
 127 Casp. *Schneider*, Salburg Varif. 1589.
 128 Christ. *Schneider*, Roswein. 1674.
 129 Frid. *Schneider*, Groshartm. 1656.
 130 Gabr. Gottl. *Schneider*, Prätzsch. 693
 131 Georg. *Schneider*, Meleritz. Pol. 660
 132 Io. Christ. *Schneider*, Stettin. 1661.
 133 Io. Cœlest. *Schneider*, Beuth. Sil. 1657
 134 Io. Elias *Schneider*, Roswein. 1674.
 135 Io. Gottfr. *Schneider*, Oelfn. Var. 690
 136 Io Otto *Schneider*, Tharant. M. 684
 137 Io. Thom. *Schneider*, Liebenr. 1670.
 138 Nicol. *Schneider*, Lauban. 1595.
 139 Petr. *Schneider*, Thallheim. 1587.
 140 Marcus *Schneringius*, Bilenberg.
 Holfatus, 1657.
 141 Cornel. *Schnur*, Calmar. 1589.
 142 Mich. *Scholz*, Leut. Schauenf. Vng.
 1606.
 143 Dan. *Schoenbach*, Ioachimicus. 1596.
 144 Casp. Henr. à *Schoenberg*, eques
 Mifn. 1645.
 145 Casp. Rud. à *Schoenberg*, eques
 Mifn. 1615.
 146 Cph. à *Schoenberg*, eques Mif. 1563.
 147 Georg à *Schoenberg*, eques M. 1564.
 148 Henr. à *Schoenberg*, eques M. 1563.
 149 Io. Burch. à *Schoenberg*, eq M. 1600.
 150 Io. Casp. à *Schoenberg*, in Limbach,
 eques Mifn. 1655.
 151 Ionas à *Schoenberg*, Wingend. 1613.
 152 Laur. à *Schoenberg*, in Reinspurg,
 eques Mifn. 1588.
 153 Nicol. à *Schoenberg*, Wingend 1613
 154 Wolfg. à *Schoenberg*, eques M. 1600
 155 Gallus *Schoenberg*, Iuterboc. 1593.
 156 Georg. *Schoenberg*, Krummenhen-
 richsd. 1657.
 157 Io. *Schoenemann*, Pritzw. March. 653

- 158 Christ *Schoenert*, Mohorn, 1672.
 159 Samuel *Schoenfeld*, Penicenf. 1662.
 160 Andr. *Schoenberr*, Schoenfeld, 1614.
 161 Casp. *Schoenberr*, Lauenstein. 1618.
 162 Gottfr. Siegm. *Schoenberr*, Forchheim. 1696.
 163 Casp. Lud. *Schoenlebe*, Budiff. 1614.
 164 Io. *Schoenlebe*, Budiffin. 1591.
 165 Io. Ernst. *Schoenlebe*, Altenberg, 692
 166 Io. Iac. *Schoenlebe*, Oedern. 1659.
 167 Henr. *Schoenmeiber*, Nordhuf. 1600
 168 Christ. Wilh. *Schramm*, Oed. 1697.
 169 Cph. *Schramm*, Leipenf. Boh. 1624.
 170 Nic. *Schramm*, Leipenf. Boh. 1606.
 171 Paul *Schreiber*, Doebeln. 1609.
 172 Barthol. *Schreiber*, Kirchhain. 1590
 173 Laur. *Schreiber*, Hilpershuf, Fr. 1619
 174 Mart. *Schreiber*, Stauch. 1667.
 175 Casp. *Schreier*, Leutenberg, Th. 608
 176 Gottfr. *Schreier*, Marienberg 1667.
 177 Christ. Gottlieb Reichbrod à *Schrenkendorf*, in Pesterwitz, eq. M. 1662
 178 Io. Christ. *Schreyer*, Schneeb. 1696.
 179 Barthol. *Schroeter*, Cosuicenf. 1589.
 180 Casp. *Schroeter*, Gunterb. Pom. 1606
 181 Georg. *Schroeter*, Ru-bein. 1588.
 182 Iac. *Schroeter*, Lenzen. Pom. 1587.
 183 Ioach. *Schroeter*, Anclam. 1610.
 184 Io. *Schroeter*, Malchin. Megapol. 596
 185 Mart. *Schroeter*, Zellenrod, Var. 599
 186 Siegm. *Schroeter*, Girhauenf. B. 590
 187 Sin. *Schroeter*, Osterburg. Mar. 602
 188 Cph. *Schroeter*, Cüstrin. 1659.
 189 Gotthard *Schubart*, Haselbach. 1699
 190 Io. Iac. *Schubart*, Wegefarth. 1692.
 191 Io. *Schubelius*, Plauenf. 1594.
 192 Christ. Henr. *Schubert*, Dresd. 1690
 193 Gottfr. *Schubert*, Muldauenf. 1686.
 194 Nicol. *Schubert*, Hohentannenf. 1659.
 195 Wolfg. Cph. *Schubert*, Lichtenberg. 1668.
 196 Gottfr. *Schubler*, Isleb. 1672.
 197 Iac. *Schulerus*, Groeblino - Han. 1658.
 198 Iac. *Schüler*, Neodam. Neomarch. 1676.
 199 Barthol. *Schüsler*, Werth. Fr. 1587.
 200 Beni. *Schütze*, Wingendorf. 1688.
 201 Cph. *Schütze*, Budiffin. 1620.
 202 Cph. *Schütze*, Wilddorf, Misn. 1653.
 203 Reichard *Schütze*, Wingend. 1692.
 204 Io. *Schuingmanus*, Schneeberg. 1598.
 205 Haubold Friedrich *von der Schulenburg*, eques Misn. 1699.
 206 Io. *Schultetus*, Neustad. Fr. 1590.
 207 Casp. *Schulthes*, Brifnicenf. 1601.
 208 Cph. *Schulthes*, Cranzal - Annab. 1646.
 209 Dan. *Schulthes*, Bernau - March. 1675.
 210 Christ. *Schulze*, Belgard. Pom. 1683.
 211 Christ. *Schulze*, Senftenberg. 1653.
 212 Mich. *Schulze*, Cunradsdorf. 1699.
 213 Barthol. *Schumann*, Erbsdorf. 1601.
 214 Dau. Henr. *Schumann*, Doeb. 1657.
 215 Franc. *Schumann*, Geitenf. Mis. 1608.
 216 Ge. *Schumann*, Fürstenw. March. 1615.
 217 a. Henr. *Schumann*, Weidenf. 1697.
 217 b. Io. *Schumann*, Egranus. 1588.
 218 Io. *Schumann*, Sorbig. Halenf. 1591.
 219 Mich. *Schumann*, Culmnit. 1689.
 220 Tob. *Schumann*, Cament. 1670.
 221 Zach. *Schumann*, Sarept. 1594.
 222 Abr. *Schurich*, Littau. 1657.
 223 Io. Ge. *Schuster*, Prag. 1647.
 224 Io. Cph. *Schwabe*, Bürgelenf. Osterlandus. 1659.
 225 Mich. *Schwarzbach*, Zittau. 1609.
 226 Iac. *Schwarze*, Erbsdorf. 1688.

- | | | | |
|-----|--|-----|--|
| 227 | Io. <i>Schwarze</i> , Wittenberg. 1655. | 245 | Io. Ge. <i>Seidel</i> , Schlettau. Misn. 1693. |
| 228 | Io. Cph. à <i>Schweinitz</i> , eques Misnicus, 1659. | 246 | Mart. <i>Seidel</i> , Noslaienf. 1573. |
| 229 | Io. <i>Schwengenbeccius</i> , Bardenf. Arn. 1611. | 247 | Io. <i>Seidler</i> , Weidenf. 1622. |
| 230 | Frid. <i>Schwenke</i> , Wiefenburg. 1675. | 248 | Io. <i>Seidler</i> , Zeulnrod. Varif. 1596. |
| 231 | Andr. <i>Schwenzelius</i> , Ienenf. 1608. | 249 | Io. Frid. <i>Seiffart</i> , Mühlhopp. Varif. 1694. |
| 232 | Bafilius <i>Scriba</i> , Ottendorf. 1598. | 250 | Casp. <i>Seiffert</i> , Nouocomenf. Vng. 1617. |
| 233 | Io. <i>Scriba</i> , Roeglinenf. Sueu. 1608. | 251 | Elias <i>Seiffert</i> , Brand. 1599. |
| 234 | Matth. <i>Scribarius</i> , Goslar. 1595. | 252 | Ge. <i>Seiffert</i> , Aug. Vindel. 1619. |
| 235 | Dau. <i>Scultetus</i> , Zittau. 1608. | 253 | Mich. <i>Seiffert</i> , Ien. 1608. |
| 236 | Iac. <i>Scultetus</i> , Crofnef. Silef. 1607. | 254 | Casp. <i>Seiler</i> , Mitweid. 1591. |
| 237 | Io. <i>Scultetus</i> , Neuwedel. March. 1654. | 255 | Io. <i>Seiler</i> , Osterburg. March. 1608. |
| 238 | Io. Iac. <i>Seerig</i> , Frauenstein. 1675. | 256 | Mich. <i>Sellius</i> , Coburg. 1592. |
| 239 | Valer. <i>Segebad</i> , Frislandenf. 1616. | 257 | Cph. <i>Semichius</i> , Lobau. Luf. 1588. |
| 240 | Iac. <i>Seger</i> , Brandenb. 1602. | 258 | Daniel <i>Semmannus</i> , Mulhuf, Thur. 1607. |
| 241 | Abr. <i>Seidel</i> , Chemnic. 1589. | 259 | Cph. <i>Sensfius</i> , Plauenf. 1589. |
| 242 | Abr. <i>Seidel</i> , Wissenftain. 1590. | 260 | Auguftin. <i>Sensfius</i> , Pontanus. 1596. |
| 243 | Chrift. <i>Seidel</i> , Neufiad. Varif. 1657. | 261 | Io. <i>Sernouius</i> , Brizenf. March. 1609. |
| 244 | Io. Chph. <i>Seidel</i> , Schlettau. Miln. 1696. | 262 | Io. <i>Settler</i> , Cathrinenberg. Boh. 1613. |
| | | 263 | Mart <i>Seuerinus</i> , Trepcou. Luf. 1686. |

Restat, ut pios et honestos conatus eorum commilitonum indicemus, qui beneficia, scholæ nostræ olim destinata, et adhuc per Dei gratiam concessa, anniuersaria memoria recolent, ut voluntati benefactorum fatis fiat. Et primo quidem loco legatum IAENICHIANVM celebrabit

CHRISTOPH ADAM FREY, *Leubsdorf - Misn.*

oratione Latina *oratore*m cum milite collaturus, et utriusque conuenientiam generatim ostensurus, Succedet ad repetendam memoriam beneficii HAENIGIANI

GOTTFR. IMMANVEL ZACHARIAS, *Frauenstein - Misn.*

sermone Romano *oratore*m cum milite periculis cincto comparaturus. Et tandem legatum ECCARDO-RICHTERIANVM laudibus prosequetur

FRIDR. LEBRECHT KVMMER, *Mutschen - Misn.*

itidem stilo Latino *oratoris et militis victorias* comparando delineaturus:

VOS, PATRONI ac FAVTORES summopere obseruandi, scholæ nostræ decus adferetis, et discentes ad studium militiae litterariæ exstimulabitis, si cras, Deo volente, hora ante meridiem nona, hoc institutum beneuola praesentia cohonestaueritis, quod nos etiam atque etiam rogamus.

P. P. *Freiberg*. d. XXIV. Iul. A. R. S. MDCCLX.

Yb 627

(811148)

ULB Halle
001 508 164




3

TA-204

VD18







COMMENTATIO X:
QVA
NOMINA
DISCIPVLORVM EXTRANEORVM
IN SCHOLA FREIBERGENSE
VERSATORVM
INDICANTVR

ET
PRAEMISSO BREVI
SCHEDIASMATE
DE
CHIMAERIS SCHOLASTICIS
AD AVDIENDAS ORATIONES
ANNIVERSARIAE MEMORIAE
BENEFICIORVM SCHOLASTICORVM
DESTINATAS
OBSEQUIOSE INVITAT
M. IO. GOTTL. BIDERMANN. R.

FREIBERGAE, Litteris MATTHAEANIS.

XCV.